Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 665

Quelle:
Copyright:

Auguſtinum. Initium prioris: *Ignotus quidem tibi facie* &c. Alterius: *Si ceſſantibus contradicentium queſtionibus* &c. Sicut hic, ita et in Editis T. II. *nn.* CCXXV. et XXVI. a *col.* 820. ſe excipiunt.

VII. *fol.* 436. p. 2. *Liber ſancti Auguſtini de predeſtinacione* (addito ſtatim *Libri* II. titulo) *et perſeuerancia ſanctorum.* Init: *Dixiſſe quidem apoſtolum ſcimus* &c. Integra omnia, ut T. X. *Opp. col.* 789.

VIII. *fol.* 469. *Sermo beati Auguſtini ad presbiteros ypponenſes.* Rectius quidem ita inſcriptus, quam *Cod.* ſeq. Initium, ut ibi: *Rogavi vos heſterno die* &c. Extat T. V. *col.* 1379. et finit cum praedicto: *ſeruiant uobis*, non *ſerviam*, ut habent edita.

IX. *fol.* 472. praemiſſo Articulorum Elencho *Incipit liber beati Auguſtini de eccleſiaſticis dogmatibus.* Initium: *Credimus unum Deum eſſe* &c. Legitur in *Append.* T. VIII. *col.* 75. *Gennadio Maſſil.* tributus, ut docet *Monitum* praevium.

X. *fol.* 480. praemiſſo *Retract.* L. II. c. 22. loco *Incipit liber Auguſtini de bono coniugali.* Ita quidam: *Quoniam unusquisque homo humani generis pars eſt* &c. Ut *Opp.* T. VI. *col.* 319.

XI. *fol.* 490. p. 2. *Incipit liber ſancti Auguſtini contra quinque hereſes.* Id eſt: Paganos, Judaeos, Manichaeos, Sabellianos et Arianos. Initium: *Debitor ſum fateor non neceſſitate* &c. Abjudicatus ab *Auguſtino* relatus eſt a *Maurianis* in *Append.* T. VIII. *col.* 1. ubi *Admonitionem* praeviam conſule.

CCCXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 295. f. partim per duas columnas, partim lineis longis, non una manu exaratus, rubricis diſtinctus, et, ut nota praevia teſtatur, Collegio Ducali a. 1478. legatus a *M. Thoma de Wuldersdarff* T. D. et S. *Stephani* Canonico ſequentia complectitur: I. Trigam *Epiſtolarum S. Auguſtini*, nempe unam ad *Italicam*, geminas ad *Valentinum*, quae in edit. *Maur.* T. II. ſunt *nn.* XCII. CCXIV — XV. U. 172

II. *fol.* 4. p. 2. Ejusdem *Auguſtini Libros II. de libero Arbitrio et Gratia Dei.* Duos ajo; Librarius enim noſter Librum *de Correptione et Gratia ſecundum* inſcripſit, addito tamen in fronte altero etiam Titulo: *De Correptione et Gratia.* Extant hi Libri continui *Opp.* T. X. *col.* 717.

III. *fol.* 28. *Incipit liber Auguſtini de predeſtinacione Dei.* Ita olim, ſed *Lovanienſes* nota *ſuſpecti* compunctum in *Appendices* amandarunt, ibique apud *Maurianos* legitur T. X. *col.* 49. ratione in *Monito* praevio reddita. Initium eſt: *Cum in ſacrarum voluminibus literarum* &c.

IV. *fol.* 34. *Incipit exemplar epiſtole ſancti Valentini monachi* (Adrumetini) *ad ſanctum auguſtinum.* Collocanda potius inter II.